



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.l.], 1645**

§. 4. Deiparæ Virginitas à simplici F. Ægidio defensa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

tatem. At simplices, minùs quidem intelligunt, plus tamen volunt. Possunt igitur docere affectu, à quibus intellectu superantur.

## §. IV.

*Deiparæ Virginitas à simplici Fr. Aegidio defensa.*

Sur. in  
vita S.  
Ægidij  
23 April.  
tom. 7.

Venit aliquando ad AEGIDIUM D. Francisci simplicissimum discipulum, quidam ordinis Prædicatorij valde eruditus Sacre Theologia, qui multis annis mire vexatus fuit hesitatione quadam de perpetuâ Matris DEI virginitate. Videbatur enim ei fieri non posse, ut simul Mater esset & Virgo. At tamen dolebat ei plurimum, utpote viro bene Catholico, isthac hesitatio, cupiebatque ab homine diuinitus illustrato de hac questione doceri. Audierat verò, fratrem Aegidium egregiè illuminatum, & sapiens rapi in DEVM, itaq; statuit ire ad eum, confidens, eius sermonibus hac ambiguitate liberatum iri. Cùm autem iam esset in viâ, Aegidius spiritu cognouit, & tentationem & aduentum eius, procedensque ei obuiam, priusquam quicquam diceret, baculo terram percussit & ait: Frater prædicator: S. MARIA Virgo est ante partum, moxque illic ortum est elegans liliun. Iterum humum cadens, Frater Prædicator, inquit, S. MARIA Virgo est in partu, & con-

Et confestim alterum erupit lilium. Tertio so-  
lum feriens. Fr. Prædicator, ait S. MARIA  
Virgo est post partum, simulq, tertium enatum  
est lilium. Mox autem Egidius aufugit, &  
Doctor ille curatus est. Postquam autem didicit  
eum fuisse Egidium, multo deinceps amore, &  
illum & ordinem eius complexus est. Consimili  
modo, in Campania Galliarum Prouincia, in  
monasterio Cisterciensis ordinis, quod Argenso-  
les dicitur, Abbatissam vidimus, ait Cantipra-  
tanus, quæ, sine vlla litteratura artis Gram-  
maticæ, non solum libros Theologia; verum  
etiam libros Augustini de Trinitate plenissime  
intelligebat, & difficillimas quæstiones eorum,  
lucidissimis solutionibus exponebat.

## §. V.

Sapientia diuina paruulis reuelata.

Quam verè dixit Christus: Confiteor tibi, Matth. 11.  
Pater, Domine cæli & terra, quia abscondisti 25.  
hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti  
ea paruulis? Ita Pater, quoniam sic fuit pla-  
citur ante te. Quem locum exponens S.  
Augustinus ita scribit: Nomine sapientum &  
prudentum superbos intelligit, ipse exposuit, cum  
ait: Et reuelasti ea paruulis. Quid enim par-  
uulis, nisi humilibus? Addit D. Gregorius:  
Nec dixit: Reuelasti ea stultis, sed paruulis, tu-  
morena

Thom.  
Canti-  
prat lib.  
2. cap. 46.  
§. 5.

S. Augu-  
stin. serm.  
8. de verb.  
Dom. S.  
Greg. c. 9.  
sup. Job.